

30

31.

32.

33

34

35



1752.

30. Richterus, Dr. Tobias : Selectiora juris principia
præ ad leg. lib. XV.
31. Richterus, Dr. Tobias : De sumbris studiorum
ad peculium quare castrense non pertinet
libris.
32. Richterus, Dr. Tobias : De testamento, j^un*de*c*e*
incompetente in territorio aliquo condito,
invalido.
33. Richterus, Dr. Tobias : De effectu pacti sine
domini*n* consensu initij, quo simul investitus
in liberum, inter vivos et mortis causa, de
peulo dispositionem consentit.
34. Richterus, Dr. Tobias : Selectiora juris principia
ad leg. 1.XII. Dsp. 19.
35. Richterus, Dr. Tobias : Selectiora juris principia
ad lib. XIV. Dsp. 21.

1752.

36. Richter, J. Talius : Selectione juris principia
et dog lib XIII. Disp. 20. 72

37. Ritter, Iohannes Forum, fac. iur. procurat.
Cariss : Programma, quo solennia doctoralia
Christiani Henrici Breunigii indicit. 73

38. Ritter, Iohannes Forum : De cractione legati
prae causal sub modo relictio. 74

39. Ritter, Iohannes Forum : Replio in testamento
presentum privilegio non understando 75.

40. Romanus, Franciscus Gutiellus, fac. iur. procur.
cellarius : Programma, quo solennia in aga-
ratio Comis Gutiellus Malleri in dicit. 76.

41. Ligel, Iohannes Gutiellus : Definire superfic'ario
reals' qui'dem, et locutionem while vero haud
trahendo. Programma, quo ad rationem 77.

cupia aus fiscalium iuris. .

72. Siegel, Th. Gottlieb : De legitima ex fendo
petenda.

73. Higley, Charles Luttrell : De fiduciis commissis fa-
miliis ab ipsis quorum intereſſis sublatis

gati 74 Tibius, Th. Daniel : Zonisius lunaris theore-
mata, argumentis Cl. Euleri superstructa.

75. Wagnerus, Ritter : De Distinctione territoriorum
imperii in clausa et non clausa. Disputatio
posterior juris publici.

76. Wagnerus, Ritter : De Distinctione territorio-
rum imperii in clausa et non clausa.
Diss. prior. h. d. t.

77. Wechslerus, Chrysostomus Fridericus : De genio
maestri de unicuique proprio.

1752.

78. Wiesenhauer, Thes. Coriolis: De ecclesia
et personis ecclesiasticis in genere.

79. Zeller, Fredericus Gessell: De sententia Ulpiana,
1652 ff., quae in fraudem creditorum:
ejusque iure lrouponico facta correctione
Programma, quo orationem ad hanc indicat.

50. Zeller, Fredericus Gessell: De renunciatione
hereditatis a filia iurato facta, ob enormem
laevionem rescindenda.

8410.

1752,37.
P

PROCANCELLARIUS
D. IOHANNES FLORENS RIVINVS
COS. P. P. CAN. MARTISP. DECANVS ECCLESIAE WVRCENSIS,
ACAD. DECEMVIR ET FACVLTAT. IVRID. ASSES.
SOLENNIA DOCTORALIA
CANDIDATI PRAECLARISSIMI
CHRISTIANI HENRICI BREVNINGII

DIE XXV. MAI. MDCCCLII HABENDA

INDICIT.

PROAEGEFLATRIAS
D. IOHANNIS FLORIANI LIAINAS
CENSUS ET CENSUS DECANUS ECCLIASIS MARIBORI,
ACV. 1576. ET TERRIT. IAHV. 1576.
SCULPTORIA DOCTORALIA
CARNIPALI PRAEFATISSIMA
CHRISTIANI HENRICI BREVIANING
DIE XXII. JULY. M.DLXXII. MARIBOR.



Commemorarunt nouissimo tempore Nouellae publicae casum tragicum e Gallia ad nos perlatum, de coniugibus duobus, qui sub nomine Etienne nobis innotuerunt, ac vno eodemque tempore aqua submersi perierunt, super quorum comorientium opima hereditate lis coram Parlamento agitata inter vtriusque heredes ab intestato. Nondum excidit memoria triste fatum, quod familia nobilis de L. Mense Sept. anni quadragesimi quinti huius seculi experta fuerat, dum mater vidua, vna cum tribus filiabus diuersorum annorum, vi fluminis correptae misere vitam finierant, quod itidem causam praebuit, vt inter se filiarum patruelles ac cognatae, auctorum partes sustinentes, et matris, simul defunctae collaterales, de successione allodiali ac geradica coram Regimine C. contenderent. In facto illud singulare occurrerat, quod rhedarius, qui quidem in pari cum illis periculo constitutus fuerat, vitam vero propitio fato praedae loco reportauerat, dubium quidem testimonium, sed tamen collateralibus defunctac matris, quam super vixisse filiabus opinabatur, magis fauorabi-

IV

le, reddiderat. Actis ad Ordinem nostrum transmissis, in sententia Mense Maio 1746. lata, non dubitabat I. E. M., quae correa erat, extinctarum morte quatuor personarum geradam, quippe matris aequae ac filiarum proximae cognatae vnicice addicere; at quoad reliquam successionem, utriusque parti aequale ius succedendi tribuebat, reseruata tamen probatione auctoribus, quod filiae prius fuerint extinctae, reseruata reis reprobatione, et utriusque parti iuramenti delatione, his commotus rationibus decidendi: Die weil die Fr. v. L. mit ihren 3 Töchtern im Esserstrohm ertrunken und umgekommen, diese aber, besage des extractus aus dem Kirchenbuche, wenigstens die beyden ältesten, die annos pubertatis überschritten, dadurch die rechl. Vermuthung erwächst, daß sie, oder doch eine von ihnen die Mutter überlebet, solcher gestalt Al. als deren leibl. Vaters vollblütige Geschwister, mit Beklagten, als deren verblichenen Mutter leibl. Bruder und Schwestern in gleichem Grade stehen, mithin aequis partibus succediren. Indessen obige prae sumption quoad ordinem mortis per contrariam probationem, so auch eines einzigen Zeugens testimonium de visu proprio, nach Befinden nicht gänzl. ausschließet, elidiret und abgelehnt werden mag; gleichwohl durch des einseitig abgehörten Zeugens Aussage, dabey Gegenheit mit keinen interrogatoriis gehöret, sich auch sonst mancherley Bedencklichkeiten dabey ereignen, solches nicht bewerkstelligen mögen, diesennach ein ordentlicher Beweß zu reserviren. Quae sententia post peractam probationem et reprobationem triennio post, vt accepimus, eundem calculum meruit. Memini, gratiosum Medicorum ordinem, eodem tempore, anno 1745. de hoc casu dubio interrogatum, falcam suam non quidem in alienam messem immisisse, sed saltem secundum regulas artis salutaris et physices,

in

in auxilium tamen vocatis legibus nostris ciuilibus, respondisse: iuxta testis superius nominati relationem, et circumstantias adductas, verosimilius videri, filias citius quam matrem extinctam, nequitam tamen tuto illud et pro certo afferi posse; et ad alteram quaestionem, rationibus in vtramque partem adductis, iudicium ultimato adiecisse: quod aequa vna et reliqua filiarum matri, ac in contrarium mater filiabus superiuere potuerit, euentualiter illud potius, quam hoc, accidisse praesumendum sit, prouocando insimul ad Leges ciuiles. Lectu iucundae sunt, rationes in medium allatae: vim vitalem nempe iuxta aetatem filiarum maiorem et ad resistendum morti aptiorem, longiorisque durationis, quam quidem in annis matris, prouectioris aetate, esse querendam: Plurima extare exempla personarum, penes quas, in primis sexus sequioris, aquis submersas, pulsus venarum in arteriis externis et obuiis, cessare incepit, ac quae respirationem immoto pectori, et saltet per modicas commotiones diaphragmatis praefiterint, nihilominus adhibita diligentia cura, et ope venae sectionis, reuocillatae: Nec submersionem mortis signum esse absolutum, cum eiusmodi personae semel atque iterum extractae vndis, per longum temporis spatium seruatae fuerint. Qua in parte ad *Zachiae Quæst. medico Legal. XII. L. V. T. 2. p. 439.* prouocauit, ex cuius opinione, homo per plures horas, immo integras dies, in viuis sub aqua super esse possit, quemadmodum *Winslow in disser. Sur l'incertitude des Signes de la mort. c. III. p. 66.* sifit personas diuersae aetatis, quae per sedecim horas, praesertim, si aqua non adeo frigida, viuac extractae, et seruatae; in exemplum adductis etiam vrinatoribus. Denique, sic concludit Facultas medica: posse in vi vita, pro diuersitate individuorum, varias concurrere circumstantias et qualitates, quae neque iuxta aetatem, neque se-

VI

cundum statum corporis, eiusque robur, magnitudinem obicium et impedimentorum, imprimis cordi et cerebro admotorum, satis emitiri aut cognoscere liceat. Adeoque versamur in tenebris. Sed an non, si de pariter extintis dubitationes emergunt, ex cadauerum sectione aliqua lux accendi poterit? cum a laesionum grauitate et excellentia, ad mortis celeritatem concludi omnino possit: An non et aetas et sexus, et animi cognita temperies, et debilitas ex morbis, aliquid ad extricandos eiusmodi controvieriae nodos conferre valebit? Adeundus. Prof. Med. Primar. et Fac. sua Decanus, Hebenstreitius, in eleganti et per vtili libello, quem *Anthropologiam forensem* inscripsit, quo que officium medici circa rem publicam, causasque dicendas instruit *Sect. II. Cap. IV.* *de dubio animi atque corporis statu* §. 24. Sed quid dicemus, si eiusmodi submersae vndarum vi personae, diuerso tempore et ex longo interuallo inueniantur et extrahantur, sicut in casu memorato contigit, quo vna filiarum septem demum elapsis septimanis, in loco per semi miliare, ab eo quo reliquae inuentae, dissito, comparuit, ita vt vix inspectio cadaueris locum inuenire possit? Fine vltterius, tria extare cadauera, quae vno periculo occubuerunt; in singulis grauissimas laesiones, et vulnera haud dubie lethalia se exercere? lubenter coniecturae locum darem, modo me certiorem redderes, quanto momento primus, secundus, tertius, animam efflauerit, quoque tempore et an non morte iam subsecuta demum inflicta fuerint ista vulnera? an non vnu alterue apoplexia correptus? aut frigore obrigerit? an non quisquam eorum arte aut vestitus adiumentis, natando per aliquod tempus vitam protraxerit? Immo, si ad extremum me redegeris, vt tibi omnia larga manu concedere coactus fuerim, remanebunt tamen vnde que verosimiles coniecturae, fallaces conclusiones, et nudae demonstra-

monstrationes ad hominem , nec apodictica certitudine audebit quisquam, alterum p[ro]ae altero expirasse , adstruere. An ergo in foro, vbi solenniores et clariores probationes desiderantur, quenquam condemnare, aut ipsi hereditatem opimam infortunio eripere par est, quae alias ordinario modo eidem obuenire debuisset? An non excluso ab istiusmodi hereditate, perpetua eademque iusta causa conquerendi de iniuria sibi per fallaces eiusmodi coniecturas, seu potius fictiones, illata, suppetet, qui, se potiore, vel saltem aequali iure gaudere, non sine iuris specie existimabit? An non fortasse lis dirimenda per iuramentum suppletorium, aut purgatorium legale? quod ego quidem plane non admittendum esse censeo, nec rem aleae committi patior. Iudex ex actis informandus est per testes aut documenta, et si semiplena adest probatio, pars defectum probationis supplere, aut aduersarius grauissimis indiciis oneratus eadem purgatorio declinare debebit: At nunquam conscientiae aut saltem notitiae alterius committi poterit negotium et causae decisio, quae perpetuo, dubitantem et fluctuantem animum et erronam conscientiam relinquit; quae non aliter, quam spe lucri ex praestatione iuramenti obuenientis, tranquilla reddi et sopiri poterit. Non incognitae sunt leges ciuiles, quae in his dubiis quaestioneibus, in primis in discrimin[e] annorum, et ex pubertate filii qui cum patre matreue in communi periculo perierat, fundatum decisionis collocant *L. 9. 22. 23. ff. de reb. dub.* In cuius legis 9. pr. in verbis: *quia comparatio posterioris decedentis ex facto prioris mortui sumitur*, tam in florentinis, quam in caeteris libris, manifestum mendum extare, notauit *Radulph. Fornerius Rerum quotid. Lib. VI. Cap. IX.* cum pariter mortuis impuberibus, de quibus ibidem agitur, nullo modo conueniat subiecta ratio, si facto legas, optime vero quadrare videatur, si hoc modo: *facto*

VIII

to restitutas; quia comparatio posterioris decedentis ex fato prioris mortui sumitur. Sed antinomia quaedam inter hanc L. 9. et L. 17. §. 7. ad Sc. Treb. intercedere videtur, quam tollere, eandemque propter diuersitatem casuum conciliare iuicem studuit Ludou. Charondas verosimil. Cap. XXI. num. 4. Neque me latet, sententiam Triphonini in L. 9. §. f. ff. de reb. dub. quod, si Lucius Titius cum filio pubere perierit, intelligatur super vixisse filium patri; si impubes cum patre filius perierit, credatur pater super-vixisse; quam Iuolenus in L. 22. eod. de matre quoque asserit, pubere filio cum matre naufragio pereunte, quippe cum explorari non possit, vter prior extictus humanius sit credere, filium diutius vixisse, tam altas radices in mentibus ICtorum et in foro, teste Carpzonio P. III. C. XVII. def. 10. sequ. et quem in partes vocauit Menochio, egisse vt legalem hanc praesumptionem obuenientibus cabus, non tantum quoad lineas ascendentes et descendentes, sed et quandoque quoad collateralem admiserint. Euolui merentur de dubia hac et intricata doctrina Lazarus Foenutius de momento temporis. Christian. Thomasius depriorit. ac posterit. temp. dubia et incerta, Lipsiae olim proposita. et Diff. inaug. special. Ioh. Georg. Burmanni, de praesunto ordine mortalitatis commorientium in linea recta Rostochii 1734. ventil. Nec silenda est eorum opinio, qui cum Heineccio in Pand. b. t. rem ex eo quod vt plurimum contingat, ita decidenda esse existimant. Sed re curatius perspecta, praesertim, cum significauerint Nouellae publicae superiore mense, causam supra commemoratam ita in Gallia fuisse decisam, vt extictorum coniugum agnati et cognati, nullo respectu habito ad infantem simul submersum, aequis partibus inter se diuiderent, ego quoque eo procluior, vt indistincte eo casu, quo duo pluresue uno casu periere, posthabito omni respectu personarum, sexus ac aetatis,

VIII

tatis, si mors certo probari nequeat, omnes commortuos eodemque momento enecatos, adeoque quemque ad suos ab intestato haeredes haereditatem transmisisse reputemus, et vulgatum istud: diuide et imperabis, hoc quoque casu admittamus, vt, quos sanguinis nexus iunxit, eosdem successionis iungat emolumenitum. Non enim is qui mundum prius ingressus, eodem prius egreditur: Mors senem et decrepitum secundum ordinem naturae citius ad tumulum vocat quam iuuenem, saepissime tamen turbato mortalitatis ordine, ceu loqui amat letus *in L. 15. ff. de inoff test.* robustissimi iuvenes citius terrae mandantur, nec junior in longius et senior recisis morte castigatur *a L. 2. ff. de term. moto:* Nec pericula et infortunium seruant ordinem naturae, vt senior prius, et tumis cui prima aetas, extinguatur. Regulariter ea quae eodem momento, adeoque et ea quae in communis periculo cveniunt, facta dicuntur in uno eodemque articulo et instanti, vt inter se non habeant nec prius nec posterius, sed punctum maneat indivisibile. Verus quidem successionis ordo ex mortis ordine pendet, et hereditas proximo agnato vel cognato defuncti merito addicenda, sed ecquis rem facti tam ambiguam, vter in violentae mortis angustiis primus occubuerit probatam dabit? utriusque heredes se fundant in morte et exinde proueniente iure successionis, mors certa, sed momentum mortis incertissimum, igitur in litigantibus non deficit ius sed probatio, adeoque secundum id quod vtrinque aequaliter probatum, est pronunciandum; id vero, in cuius probatione vtraque pars defecit, nempe tempus mortis, non attendi debet. Vti impossibilium nulla est obligatio, ita profecto nulla obligatio aut necessitas probationis imponenda partibus ad probationem impossibilem suscipiendam. Igitur, ne pars vna aut altera laedatur, in summa hac facti incertitudine gaudeant aequali iure:

B

Nec

X

Nec discrimen admitto inter periculi genus; an plures in naufragio perierint? an fulmine tacti? an ruinosis aedibus opprimantur? an veneno necati sint plures? quem ultimum casum Gerb. *Feltnarius de cadavere inspic. cap. XXIX.* propemodum inextricabilem esse censet. Eleganter *Vlpianus* in L. 32. §. 14. ff. *de don. int. v. et vx.* in qua quaestione mouet de morte utriusque donantis et donatarii, si ambo decesserint naufragio forte, vel ruina, vel incendio, et non appareat quis ante spiritum posuerit, et putat *Vlpianus*, magis donationem valuisse, idque ex verbis orationis, quae ita concepta: *Si prior vita decesserit qui donatum accepit*, defendit, ea ratione suppeditata, quod non videatur, qui donatum accepit, prior vita decessisse, cum simul decesserint, proinde pergit: rectissime dicetur, utrasque donationes valere, si forte donationibus inuicem factis simul decesserint, quia neuter alteri superuixerit. Continuatur etenim quasi tempus periculi et in uno eademque momento temporis animam exspirasse, viresque vitae ad resistendum simul eos defecisse, existimandum est. Hac ratione profecto infinitis litibus et ambiguis processuum fatis, quibus necessario exacerbari solent animi litigantium, via praeescinderetur. Seruat forum nostrum hanc aequitatem alias occasionibus, velut, si una die duobus creditoribus hypotheca judicialiter constituta; aut a duobus arrestum impetratum, absque annotatione temporis et horae, ut moto concursu in una eademque classi aequaliter et pro rata, locentur. Cur non in successionibus, ubi superstites luctuoso ac fatali casu propinquos suos, quos aequali amore prosecuti sunt, amiserunt, periculum et terminum vitae, qui vix aliquot horis, neutquam vero integro die distare potest, prorogemus, ac tanquam communientes, uno tempore animum posuerint,
aequale

æquale haeredibus eorundum ius ac eodem tempore subnatum
asseramus. Quid in aliis, velut dotis repetitione, obtineat, appa-
ret ex L. 26. pr. ff. de past. dot. conf. L. 16. ff. de reb. dub. Transea
dubia maximopere hac successione ad Candidatum haud dubiae
eruditonis, qui est

CHRISTIANVS HENRICVS BREVNING

Natus Lipsiae Anno MDCCXIX. die XXIV. Dec. patre
Iohanne Friderico, qui adolescentulorum et animos et mores
in Schola patria, cui a D. Thoma nomen, format; matre
vero Maria Regina, nata Schmidia, ante quadriennium pie de-
functa. In prima pueritia parentis indefessa cura eundem in
primis literarum et linguarum clementis erudiuit; postea ipsam
hanc Scholam frequentauit, praceptoribus usus Winklero,
Ernesti, Krieglio, Dresigio, quorum omnium et beneullen-
tiam et singularem fidem grata mente praedicat. Ex quo pa-
tris consensu et praceptorum consilio Scholae vale dixit, Anno
seculi huius XXXIX in numerum ciuium Almae matris rece-
ptus est. Repetit Scholas praceptoris sui, quem optimum appellat,
Ernesti, in prosequendis litteris humanioribus, in philosophia vero
Winkleri, et praeter eum Menzii ac Ludouici ex institutione pro-
fecit. In Iurisprudentia addiscenda praecatores habuit Kaestne-
rum, vitadefunctorum, Menkenium, nunc in Academia Iulia Anteces-
forem. Plurima vero se debere profitetur publicis praelectionibus Il-
lustris Ordinarii nostri Baueri. Me etiam ad ordinationem et princi-
pia Processus differentem audiuit. Praeterea interfuit Lectionibus
publicis et priuatis Kühnholdi, Homelii, Collega e nostri coniun-

XII

Etsimi, Sigelii, et b. Meinickenii. Exercuit etiam suum ingenium in disputando, prius praeside Kaestnero def. postea Sammetio. Communicauit insuper ea quae ipse ex Iure hauserat cum quibusdam e commilitonibus suis. Tres prolusiones typis mandari curauit: I ad Orationem D. Pertinacis. II. ad Scrum Modestianum. III de Patria potestate iuris naturalis. Absolutis studiis, ante triennium ab ordine nostro Iuris vtriusque Baccalaureus creatus; dein in perpolienda iuris eruditione per aliquod tempus collocauit operam. Nuperrime summos in iure honores a nobis petiti, subiit examen, quod vocant rigorosum, in eoque egregie stetit. Supereft, vt proximo Mercurii die, hora a merid II. ad III. Lectione cursoria L. 52 C. de Episc et Cler. explicet, insequente vero die Iouis Dissertationem inauguralem: De Praetore Romano et iure honorario, euersoribus iuris romanii, sine praeside defendat. His peractis, constitutus a me, autoritate Regia Procancellario, Promotor, Vir Excellentissimus, Consultissimus, Dn. Fridericus Alexander Kühnhold Pand. P. P. Can. Numb. et Ordinis nostri Assessor, eidem dignitatem ac Iura Doctorum in hac Academia a nobis promotorum, spe tamen succedendi in Ordinem excepta, conferet. Quam panegyrin, vt Rector Academiae Magnificus, Ill. Comites, Proceres vtriusque Reipublicae grauissimi, illustriorem reddant sua praefentia, eosdem o. o. rogatos cupio Lipsiae Festo Pentecost. MDCCLII.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

ULB Halle
005 372 50X

3





1752,37.
P

INCELLARIUS
FLORENS RIVINVS
B. DECANVS ECCLESIAE WVRCENSIS,
ET FACULTAT. IVRID. ASSES.
DOCTORALIA
I PRAECLARISSIMI
HENRICI BREVNINGII

I. M D C C L I I H A B E N D A

D I C I T .